

FOLIO

Sapien.v. Paupertatis onus omnes iam ferre recusant:
Virg.iii.en. Auri sacra fames pectora cuncta quatit.
Iuuenalis Haud facile emergūt quoque virtutibus obstat.
Res angusta domi: pauperiesque grauis.
Sapien.ii. Amplius haud titulos: clarosue merentur honores
Ecclesi.ix. Qui sophiæ cultus & monumenta colunt.
puer.xxiii. Iamque viri iusti postrema sede locantur:
Ecclesi.x. Diuitibus solis munera prima patent.
Ouidi.i.fast. Nam quia collectus tribuit modo census honores:
Census amicitias: pauper ubique iacet:
Iuuenalis At qui diuitias ingentes tentat habere:
Ecclesi.v. Curat opes grauidas & cumulare sibi:
Mich.vi. Hoc modo constituat vitam: sit spector honoris:
Et fidei seruet pignora nulla sacre:
Ecclesi.xxv Per superos iuret: fallacia vota per aras
37.dif.nonne Iactitet: emineat nullus in ore pudor:
Ecclesi.iii. Nil scelus atque nefas: nihil & peccata peracta
xlvii.di.sicut Estimet: & cæcus ad mala cuncta ruat:
Ecclesi.xiii. Exercet rapidam vsuram: dygitoque tenaci
Amos.v. A miseris capiat foenora dira viris:
Esaie.x. Delatoris agat fraudes: vocesque dolosas:
Auribus instillet seua venena bonis.
Iob.v. Infectus vitis istis nunc voluit orbis
Totus/ & ad numeros sedula turba ruit.
puerbi.xi. Vendit omne nephas nunc per quadrante minuto
Vendit & virtus/iustitieque rigor.
xi.q.iii.paup Plures ex merito mortemque & fata subirent
xxiii.q.iii. Ob scelera. & vite crimina magna sue:
ne amisso Ob furtum plures furcasque cruceque subirent:
Apo.xviii. Ni sacer hos numerus a laqueo eriperet.

uosi laboris est status & prudentia sine potestate